93

2221.

Feria Secunda in vigilia Festi Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

7/IX

R. Zawalski Soc: Iesu et Kozubski sese mutuô Quietant & Vnus Statuet.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Religiosus et Admodum Reverendus in Christo Pater Alexander Zawalski, Societatis IESV Collegij Premisliensis [illegible] et Generosus Georgius Kozubski, Cohortis Levioris armaturæ Magnifici Michaelis Kozubski, Vexilliferi Volhyniæ, Capitanei Zitinensis, Rothmagistri Sacræ Regiæ Maiestatis Commilito, partibus ab altera; sani mentibus et corporibus, exempti à Terris districtibus, viribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni, quoad Acta

1120

modernum attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inviscerando, atque submittendo palam libere publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Ilum ipsi et quidem suprascriptus, Religiosus et Admodum Rdus Pater Alexander Zawalski, suo atque Religiosi et Admodum Rdi Patris Bartholomei Wasowski Collegii Societatis JESU Jaroslavien. ad Aedes Sancti Joannis sitt. Rectoris tum Laboriosi Alberti Chudy eiusdem Collegii Jaroslaviensis, Societatis JESU de Villa Pawlowesiolo Cmethonis Subditi, pro quorum rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine, sese mutuo et invicem una Pars alteram cum [illegible] utriusque Partis de protestationibus ratione eiusdem Laboriosi Chudy per eundem, suprascriptum Generosum Kozubski con[...] afsionis et conucrberationis, tum eiusdem Generosi Kozubski rerum variarum per Subditos de praefata Villa Pawlowesiolo ad praedictum Collegium Jaroslaviense Societatis JESU pertinen., receptionis, tum et aliarum violentiarum et iniuriarum, atque praetensionum Coram Actis Officii praesentis, contra se

ab utrinque factis, tum de obductionibus vulnerum, atque alijs quibuscunque prætensionibus, ad diem Actus præsentis intervenientibus, ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscere ab utrinque pro præmissis omnibus præstitam satisfactionem, quietant, emittunt, dimittunt liberosque et absolutos sese pronuntiant. Protestationes easdem una cum Obductionibus vulnerum in toto et per omnia cassant, mortificant et annihilant, sibi suisque posteris ratione præmissorum omnium perpetuum imponendo Silentium. Nihilominus idem suprascriptus Recognoscens Religiosus et Admodum Reverendus Pater Alexander Zawalski Societatis JESU debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac Summis quibuscunque pecuniarijs, habitis et habendis suprascripto Generoso Georgio Kozubski inscribit et obligat præsentibus, suprascriptum Laboriosum Albertum Chudy, præfati Collegij Jaroslaviensis Societatis JESU de Villa præfata Pawłowe sioło subditum, cum assistentia de iure requisita, ad approbandam per eum Inscriptionem Præsentem Quietatoriam vel similem aliam suo pro interesse faciendam, Ad Acta quævis authentica Regni perpetua adducere et personaliter Statuere;

2224

ab eoque vel in eventu Mortis successoribus illius ut praemis

sa debite exequatur, efficere intra decursum Sex Septima

narum Ita, sub damnis Terrestribus, simpliciter a boque

corporali iuramento taxatis et dicendis, per eundem Agentem

sive eius successores, praefato Generoso Georgio Kozub

ski vel eius successoribus, ob non statutionem praefati

Laboriosi Alberti Chudy vel in eventu mortis successorum

illius pro tempore et loco superius expressis ad Solu

endum succumbet. Pro quibus quidem damnis Terre

stribus simpliciter taxatis modo praemisso ad Solvendum

succubitis, ac prove aliqua Principali, ac praemissis non

completa complebis, tum Laborioso Alberto Chudy Subdi

to non statuto statuendo praefatus existens. Memoratus

Religiosus et Admodum Reverendus in Christo Pater

Alexander Zawalski Societatis JESU sive illius succes

sor, Ad Instantiam praefati Nobilis Georgy Kozubowski

sive illius posterorum Ad Officium praesens Castrense

Capitaneale Premisliense ex tunc recessa supra scripto,

quo ad Respondendum spectat mediante semper in

Primo Citationis Termino, tanquam Peremptorio

stare iuri parere respondere Damna praefata Terre

stria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere,

ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur se q ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat ad hoc Illum Terminum primum (primum) peremptorium, uti et alios omnes exinde consequentes pro his eiusdem Terminos, semper peremptorios, uera infirmitate pro maiori Minorennitate successorum ligatione intra vel extra Regnum seruitio Militari ad Munimenta ad Vici ctorem uel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, apellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus uel triplicatis euasionibus suspensionibus, fatalijs iuris praescriptione Terrestri bello conuentioneque ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quouis modo alio euadendo Haec sua praesente personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Cucharski et Pobidzinska Robur

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus,